

auditus: vbi odoratus: **N**unc autem
posuit deus membra: vñ quodq; eo
rum in corpore sicut voluit. **P**ro si eent
omnia vñ membrum: vbi corpus?
Nunc autem multa quidem membra: vñ
autem corpus. **N**on potest autem oculus
dicere manui: opera tua non indigeo
aut iterum cap ut pedibus: nō estis mi
hi necessarij. **S**ed multo magis q̄ vi
dentur membra corporis infirmiora
esse: necessaria sunt. **E**t q̄ putamus
ignobiliora membra esse corporis: his ho
nozem abundantiorē circūdamus. **E**t
que inhonesta sunt nostra: abundan
tiorē honestatem habent. **H**onesta
autem nostra nullius egent. **S**ed de
us temperauit corpus ei cui dedit a
bundantiorē tribuendo honores: vt
non sit scisma in corpore: sed in idip̄
pro inuicem sollicita sint membra. **E**t
si quid patitur vñ membrū: cōpatiū
tur oīa membra. **S**ive glia vñ mēbrū
p̄pantur oīa membra. **G**los autem estis
corpus xp̄i: et membra de mēbro. **E**t
quosdam quidem posuit deus in eccle
sia: p̄imum apostolos: sc̄do p̄phetas
tercio doctores: deinde virtutes: quā
de gratias curationum: opitulatōes:
gubernationes: genera linguarū: iter
pretationes sermonū. **N**ūquid om
nes apostoli: **N**ūquid oēs p̄phete?
Nūquid omnes doctores: **N**ūquid
omnes virtutes: **N**ūquid oēs gra
tiam habent curationū: **N**ūquid om
nes linguis loquuntur: **N**ūquid om
nes interpretantur: **E**mulamini au
tem charitatem meliora. **E**t adhuc ex
cellētiore viā vobis demōstro. **XIII**
I linguis hominū loquar
et angelorum charitatem autem
non habeam: factus sum ve
lut es sonans aut cymbalum tinnēs.
Et si habuero p̄phetiā: et nouerim my
stera omnia: et omnem scientiam: et
si habuero omnē fidē ita vt montes

transferam: charitatem autem nō ha
buero nihil sum. **E**t si distribuero in
cibos pauperum omnes facultates me
as: et si tradidero corpus meum ita vt
ardeam: charitatem autem nō habu
ero mihi nihil prodest. **C**haritas pa
tiens est: benigna est. **C**haritas non
emulatur non agit perperam: non in
flatur: non est ambitiosa: non querit
que sua sunt. **N**on irritatur: non cogi
tat malum: non gaudet super iniqui
tate: congaudet autem veritati. **D**ia
suffert: omnia credit: omnia superat: om
nia sustinet. **C**haritas nunq̄ excidit.
Sive prophetie euacuabuntur: siue
lingue cessabunt: siue scientia destrue
tur. **E**t parte enim cognoscimus: et ex
parte prophetamus. **C**um autem ve
nerit quod perfectum est: euacuabit̄
quod ex parte est. **C**ū essem paruulus
loq̄bar vt paruulus: sapiebā vt paruulus: cogitabā
vt paruulus. **Q**uando autem factus
sum vir: euacuauit que erant paruuli.
Videmus nunc per speculum in eni
gmate: tunc autē facie ad faciē. **N**ūc
cognosco ex parte: tunc autem cogno
scam sicut et cognitus sum. **N**unc au
tem manent fides: spes: charitas: tria
hęc. **M**aior autem horū est charitas.
Examini charitatem: **XIII**
Emulamini spiritualia: ma
gis autē vt p̄phetetis. **Q**ui
enim loquitur lingua non hominibus
loquitur: sed deo. **N**emo enim audit
spiritus autem loquitur misteria.
Nam qui prophetat: hominibus loqui
tur ad edificationem et exhortationem
et consolationem. **Q**ui loquitur lin
gua semetipsum edificat: qui autem
prophetat: ecclesiam dei edificat. **G**lo
lo autem omnes vos loqui linguis ma
gis autem prophetare. **N**am maior ē
qui prophetat q̄ qui loquitur linguis
nisi forte interpretetur vt ecclesia edi
ficationem accipiet. **N**unc autem fra

Pro. 8. b.
Iob. 4. d.

1. 4. 9.

21

B

sup. jo. d.

C

D

A

sup. jr. d.